

*Bischof Johannes IV. von Meißen eignet auf Bitten des Nicolaus Weller Zinsen und Einkünfte in und bei Freiberg, zu Seifersdorf und aus der Bleiche zu Chemnitz dem Altar der Empfängnis Mariae in der Peterskirche zu Freiberg.* Stolpen, 1449 Mai 18.

*Hilshr.: Or. Perg. Rathsarchiv Freiberg K. 31. Das S. (Cod. dipl. Sax. reg. II. 3 Taf. IV Fig. 2) an Pergamentstr. 5*  
*Ann.: Auf der Plicatur von anderer, ungefähr gleichzeitiger Hand: Dy czinße uff der bleicho dy sint abegelost unde had sulche gelt nemlichin LXXIII Rynische guldin, darumbo ich Niclaufe Weller IIII Rynischin guldin czu Pym uff dem rathuße uff eynen widerkauffe gekauffet habo, so habe ich vor ouch uff demselbin rathuße czu dem altare conceptionis Mario gekaufft x Rynischin guldin, facit xv guldin, dy der altaris desselbigen altares czu czukom[f]tigen gecziten gebruchin sal (sic).* 10

Johannes dei gracia episcopus Misnensis —. Sane quia nobis per providum et circumspectum virum Nicolaum Weller civem Fribergensem pro sue progenitorumque et successorum suorum animarum remedio et salute certi census et redditus annui videlicet in et super proconsule consulibusque et juratis opidi Friberg pretacti octo floreni Renenses, in et super judice et singulis villanis in Syfirstorff quinque floreni Renenses, in et 15 super quadam vinea Schüneberg vulgariter nuncupata, quam possidet providus Johannes Wyssheenze notarius civitatis Dreßden, quatuor floreni Renenses, in et super Nicolao Fridangk opidano in Friberg singulisque bonis ejusdem due sexagene, in et super prato Pauli Lobetanz et fratris sui prope valvam Misnensem \*sito<sup>a</sup>) una sexagena et in redditibus annuis, quos memoratus Nicolaus Weller possidet in albifica Kempniczensi, due 20 sexagene grossorum justo et legali reempcionis titulo comparati, prout hec in litteris et registraturis civitatum Friberg et Dreßdin plenius continentur et sunt expressa, ad altare intemerate virginis Marie in ecclesia sancti Petri ibidem in Friberg fundati et in honore conceptionis ejusdem necnon sanctorum Thome et Bartholomei apostolorum, Donati martyris, undecim milium virginum, beatarum quoque Agnetis et Brigitte consecrati, in dotem 25 et proprietatem ejusdem altaris sunt oblati cum supplicatione —, quatenus oblacionem — suscipere, ecclesiasticis bonis et titulis annumerare ipsumque altare cum censibus prescriptis ac aliis suis bonis in beneficium ecclesiasticum creare erigere instaurare confirmare ac beneficiali titulo insignire nostra auctoritate ordinaria graciosius dignemur: nos igitur Johannes — fundacionem et ordinacionem altaris pretacti — approbamus ad 30 mittimus et ratificamus —. Volumus eciam, quod, si dictos census — reemi contigerit, extunc rector ejusdem altaris — de scitu et consensu collatorum suorum alios census — comparare debeat, quos quidem census, si et in quantum contractus hujusmodi fuerit licite celebratus, in locum censuum predictorum — confirmamus —. Collacio vero sive jus patronatus dicti altaris, quia plebano apud sanctum Petrum in Friberg satisfactum 35 est pro restauo, ad memoratum Nicolaum Weller suosque heredes utriusque sexus, ipsis vero de medio sublatis ad proconsulem et consules opidi Friberg sepe tacti perpetuis temporibus pertinebit. Rector autem altaris memorati ad sex missas in eodem septimanatim, unam singulis quintis feriis de vivifico corpore Christi, alias vero quinque missas